

QUOD BONUM FELIX FAUSTUM FORTUNATUMQUE SIT

EX PRIVILEGIIS

ANNO MCCCCLX IN ACADEMIAM BASILIENSEM COLLATIS

AUCTORITATE ET AUSPICIIS

SENATUS POPULIQUE BASILIENSIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICO

IOANNE IOACHIMO GÜNTHERODT

SCIENTIARUM NATURALIUM DOCTORE PHYSICAE EXPERIMENTALIS MATERIEI CONDENSATAE

PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO

EX DECRETO SUMME VENERANDI PHILOSOPHORUM ET PHYSICORUM ORDINIS

EGO

IOANNES LEUENBERGER

PHILOSOPHIAE DOCTOR PHYSICAE DIPLOMATUS TECHNOLOGIAE PHARMACEUTICAE

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS

EIUSDEM ORDINIS HOC TEMPORE DECANUS

VIRUM SPECTATISSIMUM

ERNESTUM SPIESS

TURICENSEM

ARTIS MECHANICAE DIPLOMATUM IN CONFOEDERATORUM TECHNICA ACADEMIA CARTOGRAPHIAE PROFESSOREM

QUI RECENTISSIMA ARTE ELECTRONICA NISUS CARTOGRAPHIAM THEMATICAM IN EAM EDUXIT ARTEM QUAE MULTIFARIIS MODIS MUNDUM POSSIT PINGERE / QUI STUDIA GEOGRAPHICA CUM CONSULENDI USU CONIUNGENS INSTRUMENTA PARAVIT CARTOGRAPHICA AD MUTATIONES TERRAE DESCRIBENDAS SPATIUMQUE ORDINANDUM / QUI MULTOS PER ANNOS MULTIS ADIUTUS DISCIPLINIS HELVETICORUM ET SCHOLIS ET POPULO EGREGIAM ILLAM NOVAM MUNDI TABULAM HELVETICAM DONO DEDIT

HONORIS CAUSA

PHILOSOPHIAE DOCTOREM

RITE AC LEGITIME CREAVI ET RENUNTIAVI IN EUMQUE OMNIA IURA HONORES PRIVILEGIA


QUAE HAC CUM DIGNITATE CONIUNCTA SUNT

CONTULI

CUIUS REI HAS LITTERAS TESTES ORDINIS PHILOSOPHORUM ET PHYSICORUM SIGILLO MUNITAS

MANU MEA SUBSCRIPSI

DIE XXV MENSIS NOVEMBRIS ANNI MCMXCIV



*Ioannes Leuenberger*